

Cum igitur ipsum nobilem multis prece-
dentibus causis detineamus in vinculis
et consumasset opera manifesta
que probatione non indigent qui-
bus est nexibus dignus et vapulari
multis rogamus vos quatinus re-
sponsionem nostram non reputetis
iniquam. velitis a tali petitione
desistere ac communitati vestre re-
ferre quod decet maiores licent
sint quasi soluti legibus tamen
legibus vivere. Sunt enim manes
reversi legati. non dico inanissimi
mo quasi pregnantem desiderantes
sine dolore citissime parturire
et omnibus in consilio sapientissi-
me recitatis clamor factus est ma-
gnus dicentium ad aritum ad ari-
tium. Obtinuit tamen sensus et
rata discernens et statutum. est
quod aretinos in personis propriis
requirant consules de predictis
et de gratia querant ipsum nobilem
absolvendum. non ipsos multis.